

1684, 20^b 4-
23
JUVANTE SALVATORE
DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

SUMPTIBUS FUNERUM,

Von

(4)
Begräbnis-Kosten

Indultu & Autoritate

Magnifici Jctorum Ordinis,

PRÆSIDE

FRIDERICO PHILIPPO, Lips.

J. U. D.

In florentissima hac Phylurea

H. L. Q. C.

Ad d. 5. Jun. Ao. M. DC. LXXXIV.

P. P.

Johannes Schön / Görl. Luf. 

LIPSIÆ,

Literis JUSTINI BRANDI.

DISPUTATIONEM JURIDICAM

DE

SUMPTIBUS

FUNERUM.

JOHANNES GÖTTLICH

Indole & Autoritate

Magnifici Senatoris Ordinarii

PRÆSIDE

FREDERICO PHILIPPO, libel.

J. D. D.

In florentissima

AL. B. M. DC. LXXXIV.

Johannes Göttl. libel.

1784

Libel. Justin. Frankf.





DISSERTATIONIS JURIDICÆ

DE

SUMPTIBUS FUNERUM

PROOEMIUM.

Homines, quanquam genere, potentia, opibus & gloria ali-
as differunt, in eo tamen, ut moriantur, omnes conveni-
unt: Hoc itaque est, quod universos æquat, & ne discrimi-
ne quodam habeantur, efficit. Hinc Reges etiam poten-
tissimi, vilissima inde exponuntur mortis mancipia. Ne-
mo enim unquam nascitur, quin moriatur. *Magnus Buchn. in Dis-
sert. Acad. 312.* Itaque & inter vota, quæ Mortales expetunt cætera, non
ultimum est de honesta sepultura. Et licet appetitu quodam in ordina-
to quis laboret, nullam sibi honestam fieri sepulturam, eamque susque
deque habeat, (sicuti Anaxagoram nullam sepulturam curantem, sed ad
infernus viam esse statuentem olim fecisse tradunt scriptores, quemadmo-
dum quoque Diodorus Cyrenæus Philosophus suo tempore existima-
vit, nihil interesse dicens, supra terram, an infra terram putrescat; *Se-
nec. de Tranquil. animi c. 14.* Taceo Diogenis imprudentiam, qui peni-
tus inhumatum se abjici jusit. *Cic. 1. Tusc. quest. & Stobæus serm. 122.*)
Non tamen perversa eorum libido magni æstimanda: Nam licet ad sa-
lutem hominis parum faciat, ubinam ille & quo modo sepeliatur; Ma-
gis tamen pium est, defunctorum corpora honeste tradere terræ, quam
illa insepulta relinquere, bestiisque laniatum exponere. Eorum itaque
arridet opinio, qui post fata tumulum sibi exoptant decentem. Sed quo-
niam solennitas ista sine sumptibus vix expediatur; Ita in animo est, de
hisce præsentibus theses proferre. Si tamen omnia acu, ut ipse opinor, non te-
tigerim, id Benevolus Lector discendi adhuc cupido perfacile condona-
bit, ea quoque spe certissimæ fretus rem ipsam aggredior insuperque
devotissima mente omnium rerum Governatorem implo-
ro, ut hæc conamina qualiacunque felicissimo beet
successu.

A 2

CAP.

C A P. I.
DE SUMPTIBUS FUNERUM
IN GENERE.

§. I.

De sumptibus
funerum
Definitio
Nominalis

DE sumptibus funerum quaedam facere verba constitui ; Ubi statim, more Majorum, deprehendo Definitionem *tum* Nominalem, *tum* Realem. Nominalis exhibet vocum enodationem atque intellectum *arg. l. 1. princ. ff. de Just. & jure*. Recurrunt autem in nostro, quo versamur, Themate duo potissimum vocabula, quorum alterum Sumptus ; alterum Funus in medium producit

§. II. Sumptus a verbo Sumo ortum suum traxisse apparet ex Vosio *in Etymol. lingv. lat. vocab. Sumo*, cujus vocabuli acceptio duplex occurrit, *prima* enim ipsum actum sumentis, *altera* pecuniæ erogationem denotat, & iterum *vel* generaliter, *vel* specialiter accipitur ; Illo casu quascunque significat impensas in re quavis factas ; Hoc casu pro impensis magnis, imo & luxuriosis usurpatur *Cic. in Orat. pro M. Cael. 35. Faber in Thes. voce Sumptus*, quo sensu quoque pro omni eo, quod corporis causa, antequam sepeliatur, impensum est, accipimus, habetque Synonyma Impendium, Impensa, Expensa, imo Expensæ & Expensum.

§. III. Funus derivant alii a funibus, quod cadavera, cum recondantur, funibus devinciri consueverint : Alii a funeralibus, quod incensi funes mortuis præferrentur, noctu enim efferri cadavera solitum erat, *conf. Becmann. de orig. L.L. sub voce funus, Finckelth. de jure sepult. concl. 41. lit. A*, quas tamen derivationes in medio relinquimus.

§. IV. Acceptio autem Funeris non est unius generis, accipitur enim *vel* pro extinctione & deletione apud *Luc. l. 4. v. 231. vel* pro pompa funebri, *Faber sub voce Funus, vel* denique pro cadavere seu mortuo, cujus gratia in sepeliendo sumptus sunt erogandi, *Faber d. l. quæ ultima acceptio proprie est hujus loci, vulgo Leiche / Begräbnis / hier dicuntur Leich-Ankosten / Begräbnis-Kosten.*

§. V. Plura de vocum enodatione in medium proferre otiosum

sum erit, cum nostrarum sit partium magis de Re, quam
verbis adeo otiosis disputare. Relicto ergo Lexicographis
nomine, ad Definitionem Realem seu potius Descriptionem
accedo, quæ verbis conceptis ita sonat:

§. VI. Sumptus funerum sunt impensæ ob defun- *Realis*
tum rite funerandum decenter factæ l. 14. l. 37. ff. de Rel. &
Sumpt. fun.

§. VII. Dividi possunt in Necessarias, Utiles & Voluptu- *Divisio*
arias arg. l. 1. §. 1. l. 5. §. fin. l. 7. princ. ff. in rem verso. Necessariæ
dicuntur, sine quibus corpus humari nequit, v. c. Loculus l. 14. §.
3. & 5. l. 37. princ. ff. de Relig. & arg. l. 79. de V. S. Utiles voca-
mus, quæ ad honorem Defuncti erogantur, ut Concio & sermo
funebriis arg. l. 37. §. 1. l. 42. ff. d. t. l. 5. ff. de Impens. in rem dor. fa-
ctis. Voluptuariæ sunt, quæ ad voluptatem & ornatum, puta
convivia & Epitaphia spectant. d. l. 37. princ. & arg. l. 79. de V. S.

§. VIII. Causa Impulsiva est favor religionis l. 43. ff. de Rel. *Causa impulsiva*
& publica utilitas, quæ intendit, ut mortui sepeliantur, siva
& cadavera eorum non insepulta jaceant, ex quo facile infectio æ-
ris pestifera aliique morbi gravissimi suboriri queant *Surd. Dec.*
35. n. 9. & seqq. Coler. de Alimentis lib. 2. c. 1. n. 12. & seqq. Et ita
prædicta svadent, ut a subtili juris ratione, quandoque in corpori-
bus condendis recedamus *Brunn. ad d. l. 43. Ord. Eccl. Saxon.*
art. 15. §. Alle Todten sollen begraben werden.

§. IX. Omni autem jure licitas esse expensas funerum *Existencia in*
asserere non dubito, & quidem quod jus gentium attinet, pri- *quovis jure.*
mum earum fundamentum, quo sustinetur, nititur communi
omnium calculo, *Senec. l. 1. contr. 1. Grot. de jure B. & P. l. 2. c.*
19. §. 1. qui jubet mortuos terræ tradi alioque modo abscondi,
quod non aliter, nisi sumptibus fieri potest, conf. *Finckelth. de*
jure Sep. concl. 61. lit. C. a quo non discrepat jus divinum, u-
bi, cadavera mortuorum non sine apparatu & sumptibus sepulta
fuisse, legitur *Genes. 50. v. 1. Job. 19. v. 39. & 40.* quemadmodum
Salvator noster magnifice quoque sepultus fuit *Finckelth. d. l. n.*
3. *D. Roth. de jure sep. in pras. n. 21.* De jure Civili res, tum
ex Pandectarum tit. de Relig. & sumpt. fun. & Codicis volumine
tit. cod. tum ex Institutionum corpusculo expedita est §. fin. de l.

Falc. neque abhorrent a nostris impensis Jura Canonica tot. tit. de Sep. Consuetudines Feudales, *Struv. Sym. Jur. Feud. c. 14. th. 20.* & jura Saxonica *Const. Ang. 28. part. 1. & ordin. jur. Saxon. tit. 42. §. Ferner soll. Taceo statuta & leges locales, v. Proc. jud. super Lus. part. 1. t. 24. classe 1. §. 4. vers. Ferner soll. Jus Lubecense l. 3. t. 1. art. 11. §. Also auch.* Autoritatem qui desiderat, evolvat modo *Finckelth. de jur. Sep. concl. 61. & seqq. B. Philip. ad Ord. Proc. Saxon. tit. 42. conf. 3. & Mart. an dictam Ord. §. Ferner soll. Carpz. part. 1. const. 28. def. 30. & Commentatores omnes ad tit. ff. & C. de Relig. & sumpt. fun.*

CAP. II.

DE PERSONIS SUMPTUS FUNERUM
SUPPEDITANTIBUS.

§. I.

Personæ sumptus erogant, vel ex Necessitate & ita vel propter sanguinem ut **D**efinitionem hactenus explicatam dedimus, veniunt nunc Personæ impensas funerum suppeditantes. Erogantur autem ab iisdem *vel ex necessitate, vel ex voluntate.* Ex necessitate iterum vel ex pietate, *vel ex officio.* Ex pietate propter sanguinis vel aliam arctam conjunctionem. Ratione sanguinis vocantur illi, qui alias ad alimenta præstanda obligantur, *Carpzov. part. 2. const. 46. def. 23. Col. in Tract. de Alim. l. 2. c. 1. n. 12. & seqq. modo adigantur ad ea legis non verò hominis provisione arg. l. 6. ff. de alim. & cib. leg. ad quos refero*

I. Parentes

I. Parentes, qui liberis tenentur funus facere, *arg. l. 4. §. princ. & §. 12. ff. de agn. & al. lib. & tanquam æs alienum exsolvere l. 45. ff. de relig. l. 19. ff. de in rem verso.* Hinc datur contra Patrem actio funeraria propter impensas in funus filii factas *l. 21. ff. de Relig. ibique D. Brunn.* quod propter alimentationem æque ad stupratorem, qui alimenta infanti præstare cogitur, extendimus, si modo intra annum 13. moriatur. *Carpz. in Prax. Crim. quest. 68. n. 115.* Si tamen filius Castrense vel quasi Castrense peculium, & in eo, patre excluso, alium haberet heredem, hic ante conveniendus est, & pater non nisi in subsidium obligatus remanet *l. 31. pr. ff. d. Relig. & sumpt. fun.* Verum si una cum herede Pater concurrat, ipse pro rata ad funeris expensas contribuere tenetur, *arg. l. 22. & l. 30. §. 1. d. t.*

1. d. t. Vinn. lib. 1. quest. 22. vers. in hoc. Franzk. ad dict. tit. ff. n. 30.
modo titulo non particulari, sed universali ad hereditatem filii
concurrat, successores enim particulares, ut Legatarii & fidei-
commissarii particulares ab omni hereditario onere immunes sunt,
arg. l. 13. C. de hered. instit. Vinn. & Franzk. dd. II.

§. II. Sangvinis ratio vocat 2. Liberos, qui Parentes 2. Liberi
funerare debent, arg. l. 5. & seqv. de al. & agn. lib. l. 73. ff. de jure
Dot. Authent. Si Pater. C. divor. fact. apud quem; adeoque si
hosce non fecerint, delictum enormissimum incurrere tradit De-
mosthenes in orat. contra Aristogitonem; 3. veniunt Fratres, 3. Fratres
arg. l. 4. ff. ubi pupillus educ. deb. l. 20. solut. matrimon. Ultra
fratres & sorores sequuntur 4. Ceteri Consanguinei, licet enim 4. Consan-
hi necessitate Legis ad alimentandum non adeo adstringantur ta-
men pietas ipsa svadet, ut spe lucri hereditarii a Magistratu ad id
adigi queant, Coler. de alim. l. 2. c. 9. n. 27. B. Georg. Heinz. Disp. de
act. funer. c. 3. §. 5. p. 13.

§. III. Ex arcta conjunctione impensas funerum erogare vel ex arcta
bit I. Maritus pro Uxore l. 28. ff. de Rel. & sumpt. fun. scilicet si dotem necessitate ut
lucretur d. l. 27. & l. 16. ff. eod. Quando vero dotem ut profecti- l. Maritus
tiam restituere cogitur, facit quidem Maritus interea Impensas de dote,
quas tamen Socero dotem repetenti imputat & tanto minus de-
tractis impensis restituit l. 17. h. t. ratio habetur in l. 18. quia im-
pensa funeris est æs alienum dotis conf. D. Brunnem. ad d. l. cit.
Si vero Maritus dotem lucretur, & Pater alique consanguinei ac-
cipiant reliquam defunctæ uxoris hereditatem, tunc pro parte sal-
tem tenetur maritus l. 22. ff. d. t. Carpz. part. 3. const. 25. def. 19.
Colleg. Jur. Argent. tit. de Rel. th. 26. v. g. si in dote centum, in he-
reditate ducenta sint, duas partes heres, unam partem vir sustine-
bit l. 23. l. 30. §. 1. ff. eod. Si vero nulla bona neque dotem reliquerit,
videndum an Pater solvendo vivat nec ne. Priori casu hic obli-
gatur, qui dotare debuit l. 28. h. t. Posteriori casu quando Pater non
sufficit, erogabit Maritus quantum facere potest d. l. 28. Carpz. d. l. n.
s. Laut. ad t. de Rel. & sumpt. fun. Struv. ad eund. Exerc. 15. th.
87. De jure Saxonico, cum maritus mobilia lucretur, & immobilia
quoque relinquat mulier, maritus una cum heredibus immobilium
sumptus funeris pro rata exsolvere obstrictus est. arg. l. 27. de Re-
lig. Carpz. part. 3. Const. 25. def. 19. Si vero mulier vel nulla immo-
bilia,

bilia, vel ad legitimam non sufficientia reliquerit, tunc de mobili-
bus maritus præstare legitimam, vel, quod illi deest, complere te-
netur, deductis tamen impensis funerum. *Richt. de success. ab Intest.*
f. 4. n. 24. & seqq. De Gerada adhuc notandum venit, quod
Cognatæ funeraria debita de eadem solvere non cogantur, nisi in
casibus, ubi hereditas non est solvendo, quemadmodum Dica-
sterium Jenense Mens. Sept. anno 1654. ad consultationem der
Gräßlichen Erdbachischen Gesandten respondit.

2. Uxor

§. IV. Quod dictum fuit de marito, ex natura Correlatorum
de UXORE, donationem propter nuptias lucrante aut non, di-
cendum erit, & si maritus non relinquat bona ad sepeliendum
sufficientia, in subsidium, quantum facere potest, ipsa erogabit.
Carpz. p. 3. C. 25. Def. 7. Brunn. ad l. pen. ff. de relig. n. 7. De jure Sa-
xonico uxor erogans funeris maritalis impensas pietatis affectu
fecisse præsumitur, hinc eas non repetit, nisi heredum consensu
fecerit, aut protestata fuerit. *Landr. lib. 1. art. 22.* quemadmo-
dum quoque necesse habet protestari filius, si sumptus fecerit in
Parentum funeratione. *Brunn. ad l. 14. de rel. & sumpt. fun. n. 20.*
seqq. videatur tamen infra cap. 5. §. 4. in fin.

3. Socer

§. V. Ulterius adstringitur Socer nurui, *arg. l. 5. §. 22.*

4. Nurus

do agn. & al. lib. l. 20. §. 2. ff. fam. hercisc. & viceversa nurus
Socero expensas ad funerandum erogare. *arg. l. 15. §. fin. l. 16. ff.*
solut. matr. can. si vir & uxor XXXV. qv. 2. B. D. Heintz. cit. diff.

5. Libertus

c. 3. §. 5. p. 13. nec non Libertus pro Patrono. *arg. d. l. §. 18. &*

6. Patronus

Patronus pro liberto *l. 6. pr. eod. Brunn. ad l. 45. de Rel. item Do-*

7. Dominus

minus pro servo. *l. 31. §. 1. ff. eod. item Ecclesia Patronum suum*

8. Ecclesia

funerabit. *arg. cap. 25. extra de jur. Patr. Sed an ex eadem ratione Suc-*

9. Successor

cessor feudalis cogatur sumptus suppeditare pro Antecessore suo?

Feudalis

Et *Carpz. in Jurispr. p. 2. const. 46. def. 36.* hoc onus adjudicat here-

dibus allodialibus, & feudales eximit, junde *Mevium p. 2. Decis.*

124. n. 6. Verum quoniam Feudi successores ad alimenta obligan-

tur *Bechmann. ad t. ff. de reb. autor. jud. possid.* merito hoc ad ex-

pensas funerum extendendum venit, si scilicet heres allodialis non

sit idoneus *l. 12. §. 2. h. t.* nec alia bona ad sepeliendum adsint suffi-

cientia *D. Brunn. ad l. pen. ff. de Relig. n. 6. Magn. D. Stryk. in*
Exam.

Exam. jur. feud. c. 21. quest. 27. Struv. in Synt. jur. feud. c. 14. §. 20. quemadmodum Scabini Hallenses ad consultationem Eberharden/Hansen/Morizen/Casparn/Christianen/Jobst/Friedrichen Gebrüder und Gevettern zu Kirschkau und Lesskau Mens. Jan. 1590. responderunt: Hat euer Better Haubold etliche Schulden gemacht/ob er sich gleich nun verpflichtet/das er solche Schulden/so wohl auch die vertestirten 1000. fl. von den 12000. fl. Lehn sollen bezahlet und abgezogen werden/dennoch aber/weil er solch Lehn ohne euerm Consens nicht beschwehren können; So seyd ihr auch/als die Lehnsfolger solche gemachte Schulden abzutragen nicht schuldig/da aber im Erbe so viel nicht vorhanden/ das die Begräbnis-Kosten davon gezahlet werden können/ so würden dieselben von Euch billig abgetragen. *B. N. W. Simile præjudicium suppeditat Richt. in tract. de succ. ab intest. sect. 4. m. 3. n. 12.* quod & causa est, cur in defectum bonorum hereditariorum filia Vasalli, antequam nuberet, mortua, ex feudo & ejusdem sumptibus sit sepelienda. *Carpz. p. 2. const. 46. def. 23* prout prædicti Domini Scabini in causa heredum Annæ Sybillæ Spigelæ zu Leipzig mens. Nov. Ao. 1631. pronunciarunt, quod ob identitatem rationis alii ad Majoratus Successorem. *Brunn. d. l. Carstas de 9. Majoratus. Expens. c. 16. n. 33. Bapt. Costa in tract. de rat. rate quest. 144. n. 13.* & *remed. subsid. 83. n. 6.* nec non Emphytevtas extendunt. *10. Emphyteu. Hisce tamen minime accensio usufructuarium omnium ta non usu-bonorum, qui enim si sumptus animo repetendi fecerit, ab usufructuaris. rede illius, qui usum fructum reliquit, tales repetere fas est. Finckelth. de jur. sepult. th. 69. vers. porro. Trentacinquius lib. 1. var. resol. rubr. de pecul. resol. 6. n. 10.* quia sumtus funebres ex hereditate tanquam æs alienum prius deducuntur *l. 1. §. 6. ff. ad Sc. Trebell. l. 12. §. 4. l. 45. ff. de relig. Finckelth. d. l.*

§. VI. Restant illi, qui ex officio expensas funerum, non *Ex officio ex-* quidem de propriis, sed hereditariis bonis exhibere obstricti *hibet sumptus* sunt. *arg. l. 7. ff. quemadmodum test. aperiant. Lauterbach. de Execut. ult. volunt. c. 4. n. 11.* Inter quos connumeramus (1.) Executorem seu Curatorem funeris, cui testator erogationem *Curator fu-* expensarum sui funeris imposuit. *l. 12. §. 4. ff. de Rel. quod qui-* dem mandatum nemo regulariter in se suscipere cogitur, nisi forte *ner.*

B legatum

legatum ex dispositione Defuncti ipsi relictum sit; quo casu si jus-
sum spreverit, amittit postea legatum antea a Testatore sibi reli-
ctum. *d. l. Brunn. ad d. l. n. 6. seqq.* Officio autem semel suscepto,
Executori res hereditarias ad sumptus hos Consequendos statim
alienare & sic officium suum exercere conceditur, modo hoc here-
dibus prius denunciaret. *Fab. in Cod. l. 2. t. 2. def. 12. n. 6.* Quando
autem curator in exactione rerum hereditarium interim Ex-
pensas fecit, eas ex bonis iterum deducere potest. *Paul. Paris.
conf. 26. n. 18. vol. 4.* licea ei legatum antea relictum sit per *l. 3. C. de
Rel. Brunn. ad l. 14. ff. de Rel. n. 9.* ex duabus siquidem & diversis
causis, puta Legatum & Creditum, hi sumptus debentur, *vid.
Brunn. ad d. l. 3.* ob id tamen limites erogationis excedere illi mi-
nime conceditur, sed officio suo rite inhærere debet, restituere
itaque immodicos sumptus heredes non obligantur, nam quæ
supra modum fiunt, sumptus non funeris, sed quædam inutiles
dissipationes communi ore vocantur. (2.) Veniunt heredes,
& alii Successores Universales, sive ex Testamento, sive ab
Intestato, sive ex beneficio Præteritis existant. *l. 12. §. 2. §. 4. l. 14.
§. fin. ff. de Rel. § sumpt. fun. l. 32. pr. ff. d. t. conf. Colleg. jur. Arg.
eod. th. 25. p. 709.* Et licet illi hereditatem ex fideicommissio resti-
tuere debeant, quicquid tamen in funus defuncti impensum est
prius detrahit fiduciarius heres. *Cars. de expens. § meliorat. c. 8. n. 44.*
etiam ante hereditatem aditam *d. l.* Si autem bona propterea vendi-
derit heres hereditaria, ut sumptus ad funerandum consequatur,
ex eo tamen non statim præsumitur, hereditatem adiisse. *l. 20. pr.
§. de acquir. herd. l. 14. §. 4. de Rel. Brunn. ad d. l. 14. n. 23.* Ve-
rum, si hereditas legatis si exhausta, nec aliunde supersint bona
hereditaria, heredi a Legatariis, quantumvis piis, expensas fune-
ris erogatas vicissim repetere conceditur, *l. 14. §. 1. de Relig.* quia
legata non intelliguntur prius, nisi, deductis ære alieno & fune-
ris impensis. *§. 2. F. d. L. Eccl. ad Brunn. ad d. l. 14. n. 3. seqq.* Sed
quid si hereditas non esset sufficiens, & heres, non necessarius, fe-
cerit sumptus funerum; nonne ille eosdem repetere queat?
& quia ex causa pietatis hosce factos fuisse præsumitur; Itaque
petitio cessat, nisi tempore, quo erogavit, se non fecisse donandi,
sed repetendi animo expresse vel tacite protestetur. *l. 14. §. 7. ff. de
Relig. D. Kurrer in Disp. de act. fun. th. 8. p. 10.* porro quæritur;
Si

2. Heres.

Si putaverim, me heredem esse, cum tamen non sum, & ea opinio-
ne quasi heres funus curaverim, an habeam repetitionem a vero
herede? Et hoc isto stricto jure negatur; quia non animo repetendi
erogavi; Sed quoniam ex probabili opinione me heredem esse
putavi, ita ex æquitatis ratione, quam judex semper præ oculis ha-
beat. *l. 8. C. de jud. utilis funeraria mihi concedenda venit Brunn.*

ad l. 14. n. 26. (3.) Ex officio adstringitur Locator ædium, in
cujus ædibus inquilinus sive colonus mortuus est, nec adsit in
promptu, unde funeretur; Hoc casu ex invecis & illatis tumulari
mandabitur, & si quid superfluum remanserit, hoc pro debita a pen-
sione ipsi relinquatur. *d. 14. l. 8. de Relig.* Hinc si in publico di-
versorio vita quis functus est, & hospes eum sepeliri curavit, bona
defuncti, quæ secum attulit, non cogitur restituere prius, nisi re-
fusus funeris morbiq; expensis, quia hospes non præsumitur, nisi
contrarium docetur, de suo sepeliisse. *Carsias de Expens. & Melio-
rat. c. 8. n. 11.* Idem de Studio in Contubernalis sui funus
sumptus faciente sentiendum. *Bald. ad d. l. 4. C. de hered. petit. n. 11.*

4. *Sichardus cod. n. 2.* & sic pariter, in libris Studiosi demortui,
jus retentionis, donec expensæ restituuntur funeranti, conceden-
dum esse existimavit. *Sebast. Medic. de Sepult. p. 2. qv. 5. num. 48.*
Quid si vero nemo ex prædictis existat, qui curam funeris in se
suscipiat, 4. Magistratus denique sumptus ad funus ex offi-
cio decernat, *Colleg. Jur. Argent. d. r. de Relig. th. 21. p. 708.* & si
quidem pecunia in hereditate adest, ex illa, si vero non, distrahe-
re debet ea, quæ tempora peritura sint; Si vero nec hæc extant,
reliqua distrahantur, aut oppignorantur, ut funus expediatur.
l. 12. §. fin. ff. de Relig. Brunn. ad d. 6. Struv. Exercit. 15. thes. 90.

Quid autem si defunctus plane nihil habeat, de quo terræ mande-
tur? Tunc gratis officia præstabunt, quorum operæ ad exequias
requiruntur, puta Pastores, Cantores, Invitatores &c. quia est
officium pietatis, cujus intuitu præmia a Deo sperare debent.
*Odin. Elect. §. Darzu auch in verbis: Eine kurze Leich-Predigt
dem Armuth und Unvermögenden umbsonst gethan. Carpzov. in
Jurispr. Eccles. l. 2. def. 347. conf. Magnif. D. Ziegl. in Disp. de eo,
quod justum est circa mortuos th. 23. n. 7. in fin.*

§. VII. Ex voluntate erogare quispiam potest, modo ha-
beat animi intellectum rerumque suarum administrationem. *arg. luntaria*

3. *Locator æ-
dium.*

4. *Contuber-
nalis.*

5. *Magistra-
tus.*

*Erogatio vo-
luntaria*



pr. Inst. de aut. Tut. atque sic repetere potest ea, quæ funeris causa impendit, *l. 12. §. 2. & 3. ff. de Relig. & sumpt. fun.* Nec interest si Petitor pro se impenderit, siue jussu alterius, *l. 14. §. 15. ff. d. t.* etiam prohibente hoc herede, *d. l. 14. §. 13.* ratio est in speciali religionis favore. *l. 1. §. 6. ff. de mort. inf. & Reipublicæ utilitate. l. 43. ff. de Relig.* Jure vero Saxonico tradunt interpretes, quod erogans voluntarius adhibere debeat heredum consensum aut protestationem, *Landrecht. l. 1. art. 22. Coler. p. 1. def. 199.* alias enim, pietatis causa factos esse sumptus, præsumeretur. *arg. l. 14. §. 7. h. t. B. Finckelth. de jur. sep. concl. 67. lit. A.* de quo infra cap. 5. §. 4. in fin. pietas tamen & donandi voluntas, cum simpliciter cesset in mercatoribus, merces ad funerationem exhibentibus itaque, hi, tanquam Creditores possunt ab iis, ad quos causa funeris pertinet repetere ea, quæ antea crediderunt. teste *Hahnio ad Wesenb. tit. de privil. Credit. num. 4.*

CAP. III.
DE IIS QUÆ SUMPTUUM NOMINE
VENIUNT.

§. I.

*Sumptuum
nomine veni-
unt*

DE personis, quæ hætenus diximus, nobis sufficiant; Justo nunc ordine progredimur ad ipsas expensas, de quarum intuitu præsentis hæc pagellas conscripsimus. Sumptuum autem nomine, hoc loco, venit omne illud, quicquid corporis causa mortui erogatum est, veluti unguentum & pretium loci, in quo defunctus humatur, & si quæ vestiaria sunt vel Sarcophagi & vectura, & quicquid funeris ratione antequam sepeliatur, consumptum est, *l. 37. & l. 14. §. 3. de Relig. & sumpt. fun.* Ex qua lege 37. nunc ordine procedimus. (1.) Veniunt Unguenta *l. 37. pr.* quibus olim corpora ungi solebant defunctorum ex *LL. XII. Tab. l. 7. §. 3. ff. de in rem. vers. quem-* admodum Salvator noster a suis Curatoribus *Joh. 19. v. 39. sequ.* & Jacobus Patriarcha a suo filio Josepho *Genes. c. 50. v. 1.* uncti fuerunt, *Finckelth. d. l. Concl. 61. lit. C.* quod tamen hodie non amplius observatur, & nemo ungitur, nisi sit persona illustra, cujus corpus ungi, condiri & recte conservari solet, cum ejus mortem illico omnibus manifestare non semper expediat, insuperque
majores

majores solennitates & ceremonias requirat, quæ tamen brevi temporis spatio expediri nequeunt; Hinc illud per uncturam a putredine & fœtore conservari necesse est. *conf. D. Roth. de jur. Sep. c. 6. n. 67. p. 83. it. D. Finckelth. Concl. 30 lit. C. in fin.* ubi simul de Pontificum unctura, quæ moribundis adhuc spirantibus adhiberi solet, sacramentisque annumeratur, mentionem facit, quam tamen in terris reformatæ Religionis videmus improbatam. *Finckelth. d. l. (2.)* Venit pretium loci, in quo defunctus tumulatur, *d. l. pretium* autem intelligimus illud, pro quo locus vel proprius, vel saltem jus inferendi mortuum in alterius sepulchrum acquiritur, *l. 7. pr. ff. de Relig. ibique D. Brunn.* Si igitur Defunctus non habeat locum, in quo sepeliatur, heres aut emat aliquem purum, aut saltem facultatem inferendi comparet sibi in alterius sepulchro, & illud pretii nomine pro loco recte venit, & quamvis Jura Canonica aliquid pro loco exigere vetent *Can. quæ sita est, caus. 13. qu. 2.* hoc tamen jure civili *dd. ll. & moribus hodiernis* vix observatur *Struv. Exercit. 15. th. 81.* qui simul subjicit, quod pro loco tam in publicis cœmiteriis constituto, quam sepulchro familiis concesso, Ecclesiæ & ad utilitatem ejus aliquid pendendum sit, *Struv. d. l. Carpx. Jurispr. Eccles. l. 2. Def. 391. n. 92. Schilterus in Instit. Jur. Canon. l. 2. §. 15.* Sepulchrum vero a Majoribus forte, vel a semetipso ante constitutum, si jam habeat defunctus, funerans autem eo non recondat corpus, sed alium locum cœmat, pretium tale expensis hisce vix connumerandum esse existimamus, *arg. l. 1. §. fin. ibi si necessarium fuerit ff. ad L. Falcid. l. 14. §. 3. ff. de Relig.* Non enim novum quærendum est ei, qui jam ante paratum vel proprium Majorum suorum habet tumulum *Garf. de expensis c. 8. n. 4.* (3.) Sequuntur Vestitaria *d. l. 37. 3. Vestitaria.* quæ denotant vestem, qua cadaver involvitur & in tumulo conditur. *l. 1. §. 7. ff. de sepulcr. viol. l. 14. §. 4. de Relig.* Intellige vestem vilem, seu amiculum f. rale aut linteum, quo defuncti communiter solent cooperiri, non holosericam *l. 14. §. 5. ff. de Relig.* Plane, moribus obtinuit, ut Illustres præprimis & Nobiles ante sepulturam vestibus pretiosis exornentur & induantur; postea gladiis & insignibus Majorum serinio impositis publice efferantur. Ubi ergo mos talis floret, hos sumptus nomine expensarum quæque venire putamus, modo egestas defuncti non obstat. *Carpx. l. 2. def.*

def. 392. n. 9. & seqq. Vestimenta tamen lugubria, *Trauer = Klei-*
Der / quæ heredibus, agnatis, aliisque, qui funus comitantur, dari
 solent huc non pertinet, quia ad funus non sunt necessaria, *l. 14. §. 6.*
 & ita quoque de jure civili ad impensas non referuntur. *Berl. p. 1.*
C. 64. n. 88. etiamsi defunctus obæratu hocce jussit, *d. l. 14. §. 6.*
ubi Brunn. n. 12. aliud tamen dicendum est, quando consuetudo in
 contrarium adest, *Conf. Brunn. ad l. 37. ff. d. t.* Sicuti Jure Saxoni-
 co diuturno usu approbatum legitur, quod vestes non minus, ac
 alij sumptus sub impensis funerum comprehendantur, ac reliquo
 æri alieno præferantur. *Carpz. part. 1. C. 28. Def. 41.* quare viduæ
 ex bonis defuncti mariti nec non parentibus, servis, ancillis, toti-
 que familiæ, quia in defuncti honorem luctum agunt, vestes lu-
 gubres debentur, *Speidel. voce Trauer = Kleider conf. Carpz. d. l.*
modo non intercedat excessus & conditio personarum probe ob-
servetur d. l. 14. §. 6. & 10. ff. de Rel. Menoch. l. 2. Arbitr. jud.
quest. Cent. 2. cas. 127. n. 12. seqq. conf. B. Brunn. Procef. de Con-
curf. Credit. c. 5. §. 14. Sed an sub vestimentis fasciæ sericæ & pe-
 pla, quæ defunctorum cognatis aliisque nonnullis tam viris,
 quam fœminis comitantibus de more dari solent, sub impensis con-
 tineantur? & hoc de Jure Civili ex præmissis iterum negatur, *d. l. 14. §.*
6. de Relig. Garf. de Exp. & Melior. c. 8. n. 17. seqq. Quod tamen
 jura Saxonica etiamnum observant & ob id Creditores respectu ho-
 rum, cæteris Creditoribus præponuntur. *Berl. p. 1. concl. 64. n. 9.*
Carpz. p. 1. const. 28. def. 41. Finckelth. de j. Sep. concl. 62. in fine.
modo hi sumptus eo nomine facti sint modici & conditioni homi-
nis respondeant Berl. d. l. 9. 4. Succedit ex lege 37. pr. ff. h. t. &
l. 18. de alim. leg. l. 6. de sep. viol. Sarcophagus, qui erat
 lapis, quo condita corpora quadragesimo die consumebantur,
 exceptis dentibus. *Calv. Lex. Jur. sub voce Sarcophagus.* Alii la-
 pidem ita explicant, quod ille cadavera a putredine vindicaverit
Plin. l. 2. c. 96. & l. 17. c. 16. Alii pro Sepulchro κατ' ἐξοχήν Sarco-
 phagum accipiunt. *Gothofr. ad d. l. 37. pr. ff. de Rel. lit. R. & ad l.*
18. §. fin. de alim. leg. l. 6. Verum quia hodie ejusmodi cadave-
 rum absorptione non utimur, curam de Sarcophago non habe-
 mus, sed eam ad lapidem sepulchralem, quo cadavera teguntur,
 vulgo *Reichen = Stein* / extendimus. *Carpz. d. l. 2. def. 392.* qui si
 enim semel positus fuerit, absque consensu heredum & familiæ
 remove-

Sarcopha-
gus.

Lapis Sepul-
chralis.

removeri non debet, & contra faciens injuriarum actionem haud
effugiet *arg. l. statua ff. de Injur. Paris vol. 3. conf. 149. n. 13. Schilt.*
d. l. libr. 2. tit. 14. §. 15. in fine conf. D. Ziegl. d. j. circa mort. th. 41.
Nunc ductu nostrae legis 37. progredior 5. Ad vecturam, qua *5. Vectura.*
continetur currus, quo olim cadaver ad sepulchrum ducebatur, quia
extra urbem in loco quodam vel proprio vel communi cadavera se-
peliri moris erat, quod tamen non erat perpetuum, siquidem divi-
tes vehabantur lectica, tenuiores vero scandapila, cui subjeti erant
homines, ad locum sepulchri portabantur, *l. 14. §. 3. d. t. Franz. ad*
eund. n. 19. quemadmodum adhuc hodie observari solet. Sed cum
humana sint caduca atque fragilia, ita saepe contingit, ut aliunde
profectus in terra aliena mortem subeat: horum igitur cadavera,
quando cognati iusta ex causa ad hereditaria sepulchra ducere ve-
lint, ne impediuntur, sed absque periculo id liceat, pie cautum est;
l. 3. §. 4. de sep. viol. modo id prius denunciatur Magistratui illius
loci, per quem cadaver transportetur, *Besold. Thes. Pract.*
von Musführung der Todten alias enim se videntur onerare suspri-
cione caedis aliaque machinationis improbae. *Brunn. ad l. I. C. de*
Rel. n. 1. Antequam autem hic abeamus adhuc notari meretur de
vehiculis; si enim aliud vehiculum cadaveri transvecto olim
veniebat obvium, juris erat, ut illud ob favorem religionis funeri ce-
deret, *arg. l. 43. d. t. & si hoc non fecerit, ducens interdicto contra*
vectorem experiri poterat. l. 1. §. 1. ff. de mort. infer. 6. Videndum
est de ornamentis, quae ex locorum diversitate determinan- *6. Ornamenta*
tur. Romani prohibebant ex *LL. XII. Tab. aurum & argentum*
addi demortuis. *Joh. Jac. Speidel. in notab. Jur. voce Begräb-*
nüß nec non quaevis ornamenta cum cadaveribus condi *l. 14. §.*
5. ff. de Relig. etiam si hoc defunctus voluerit, quia voluntas de-
functi tanquam inepta rejiciebatur *l. 113. §. f. ff. de leg. 3. l. fin. ff. de*
aur. & argent. quare sumptus propterea facti repeti non poterant
qua occasione Quæritur, si quis alicui quædam legasset orna- *Questio de le-*
menta, postea vero in testamento suo disposuisset, ut quædam *gatis Margg.*
lineæ ex margaritis corpori adjicerentur, cujus tamen jussui here-
des postea non paruerint, dubitabatur; annon talia ornamenta ad le-
gatarium, an vero ad heredem spectarent? Et Scævola in all. *lege*
fin. §. f. ff. de aur. & arg. legat. excluso herede uniones legatario
adjudicat: Sed de ornamentis dicta, limitantur in personis illustri-
bus

bus & honoratioribus, quibus ex more recepto aliquid est indulgendum. *Carpz. Jurispr. Eccles. l. 2. Def. 194. § 392. n. 17. conf. Schilt. instit. jur. Can. l. 2. §. 13.* quod apud Ethnicos quoque receptum fuisse creditur; quia Spiræ superiori seculo sepulchrum est repertum, in quo præter ossa & reliquias pocula pretiosa reperiebantur. *Speid. d. l. voce Begräbnüß /* *Ein steinerner Sarg mit einer frembden Decke / so No. 1652. im Reich vor dem Weyden-Thor im Grunde gefunden / sambt etlichen schönen Heydnischen Trinck-Geschirren / so im Sarge gestanden / sambt Todens-Beinen.* Num vero cadavera cum

Questio de coronis.

coronis sepelire licitum sit? Et quod illud ex more Christianorum sit receptum, ubique constat, præprimis in adolescentibus & virginibus denatis, quæ consuetudo toleratur hæctenus, quando modus temperatus observatur, & conditio demortui illud svadet. *Berl. p. 1. concl. 64. n. 91. Finckelth. de Jur. Sep. concl. 39. lit. B. D. Ziegl. de eo, quod just. est circa mort. tb. 39.*

7. Epitaphia.

§. II. Supra posuimus de loco atque vectura, quibus variæ quæstiones adhuc possunt addi. (1.) Num Epitaphia sumptuum nomine veniant? Et quamvis olim Pyramidæ sumptibus magnis exstructæ, Epitaphia magna nec non monumenta pretiosissima extarent, & hodie adhuc Epitaphia sive monumenta inaurata & exsculpta passim reperiantur, stricta tamen juris ratione inspecta, ad sumptus funerum haud veniunt, quia neque ad ipsum corpus, neque ad sepulchrum quicquam faciunt. *l. 14. §. 3. §. 6. l. 37. ff. de Relig.* ita quoque est, cur causæ funeris & monumenti contradistinguantur in *l. 1. §. fin. ff. ad L. Falcid. conf. D. Brunn. ad d. l. 37. ff. de Relig.* nec hi sumptus Falcidiæ detractionem patiantur in *l. 1. §. fin. ff. ad l. falc.* neque heres ad monumenta exstruenda adigatur. *l. 50. §. 1. ff. de heredit. pet.* fiunt enim hæc omnia memoriæ potius, quam ipsius funeris causa. *l. 2. §. 6. l. 42 ff. de Rel.* Interim tamen Loci observantia & personæ conditio probe sunt observandæ, hinc si opulentam quis reliquerit hereditatem, in honorem & memoriam eminentium personarum atque Nobilium sepulchra magnifice ædificari, Epitaphia aliaque monumenta sumptibus funerantis exstrui solent. *Carpz. d. l. def. l. def. 392. Finckelth. concl. 65.* Sicuti ornatissimum in Ecclesia Nicolaitana hic Lipsiæ videmus Epitaphium Laurentianum, quod Consul Lipsientis sibi adhuc vivus

vivus posuit. Utrum autem merces Equorum, quibus corpora defunctorum vehi solent inter expensas numerentur, (2.) *Questio, de Equis* quæritur? Et puto iis in locis, ubi hujusmodi vecturæ receptæ sunt pro qualitate & conditione mortui posse in censum eorum referri. Acrior e contra nobis nata est controversia, de Equo, qui ob luctum vel gaudium funeri adducitur, das Trauer- oder Freuden-Pferd / uti Nobiles & Magnates ad dignitatem Defuncti sæpissime facere & eum equitanti postea donare solent; an numerum expensarum augeat? Et hæc quæstio, quadam distinctione potest dirimi, an opulentam quis reliquerit hereditatem, an obæratu decesserit? Priori casu consuetudo loci præ oculis habeatur; Posteriori vero casu in præjudicium Creditorum nihil expendatur, etiamsi defunctus hoc voluerit: quo & inclinare videntur Scabini Lipsienses, qui in causa Matthæi Grimmes zu Lützen Sommern mens. Aug. anno 1634. ita responderunt: Derowegen seyð ihr angeregtes Pferd / wenn es von dem verordneten Curatore honorum begehret wird/wieder zu erstatten schuldig / und mögen auch diejenigen Begräbnis-Kosten / so nach Verordnung des Schuldners aufgewendet worden / weil sie übermäßig seyn/nicht passiret / noch vor den andern Schulden bezahlet werden. B. N. W. junge Carpz. p. 1. c. 28. def. 42. n. 5.

S. III. Longe aliter sese res habebit de defuncti laudationibus, *8. laudationes defuncti Parentatio* sive ore proferantur, ut Parentatio Leichen-Abdankung / & concio funebris, Leichen-Predigt / sive literis exprimantur, ut inscriptiones & earmina; hæ enim laudationes sicuti nullibi reprobatae, ita teste morum observantia, sapientes pro laboribus hisce mercedem quoque constituerunt. Cic. in Orat. pro Archia, Plato lib. 10. de LL. junge l. 14. §. 4. ff. de Relig. ibi vel etiam commendandum, quæ verba non unam habent ab interpretibus explicationem vid. Cujac. lib. 2. Obs. 17. Alii enim commendandum, i. e. purgandum, hinc Pollinctorum munus, alii pro deponendum accipiunt l. 26. ff. depositi, (quem sensum retinet Frantzkius d. t. n. 21.) verum cum deponere nihil aliud sit, quam rem custodiæ causa accipere l. 1. ff. depositi itaque potius pro Commendatione sive laudatione accipiuntur teste Finckelth. de jur. sep. concl. 32. n. 6.

approbante hoc infimul Serenissimo Electore in Ordinat. Eccl. Cap. 15. §. Darzu auch die Kirchen = Diener/ ibi : Eine Leichenpredigt. Quicquid ergo Ministris Ecclesiae, Parentatori aliisque praestari solet, non male ad sumptus refertur funerum, non tamen ob id hae laudationes indistincte conceduntur, sed consuetudo loci praec oculis maxime habeatur, sicuti hic Lipsiae honoratioribus saltem, non vero humilioribus praefunctis ejusmodi conciones debentur, arg. l. 14. §. 3. ff. de Relig. Dn. Kur

9. Honoraria *ver in Diss. de act. funer. th. 41.* Hisce Honorariis quoque aggregatis *Mercedes* quae Clericis, aliisque honoratoribus personis uti Hamburgi & nonnullis aliis in locis Licentiatis funus concomitantibus vid. Oldenburg. Itinerar. jurid. p. 668. nec non Magistris & Scholaribus cantica sacra inter exequias praecinentibus, ut & ex usu quorundam locorum Musicis harmonicos in templo cantus figuramentibus exsolvantur, ut & quod personis funus indicantibus, dener Leichen = Bittern/portatoribus aliisque ministerium praebentibus, ut aedituo, vespiloni, itemque quod locatori panni funebris, des Leichen = Tuchs / quo locus tegitur & aedes quandoque luctus exornantur, mercedis nomine solvitur & pro clangore campanarum penditur, sumptibus nostris accommodatur, arg. d. l. 14. §. 3. & 6. & l.

non vero Eleemosyna *de panno funebri questio.* 37. pr. non vero Eleemosynae exequiarum tempore pauperibus donatae, quippe quae funeris causam non respiciunt, *Sebast. Med. quest. 5. n. 2. in fin.* Praeterea quibusdam in pagis consuetudo invaluit, quod panni funebres, die Leichen = Tucher/ exequiis peractis Ministris Ecclesiae cedant, vel quodam pretio redimantur ab eo, cui impensa funeris incumbit. Hic tamen mos ab allegante Pastore, nisi sit in possessione, prius probandus est, *Carpz. in Conf. libr. 1. Def. 114. 115.* plerumque tamen inter Pastorem & Aedituum dividi solet hic pannus, ita, ut optio relinquatur Pastori, num linteum album, an atrum eligere velit, *Carpz. de l. def. 116. 117.*

10. Epulae

§. IV. Hactenus prolata, maxima ex parte inter funerum sumptus connumerantur: Sed de Epulis Funebribus, den Trauer = Mahlen / magnum adhuc oritur dubium: Et si jura Civilia intueamur, tantum ea pertinent ad impensam funeris, quae ejusdem causam respiciunt, L. 14. §. 6. ff. d. relig. & sumpt. fun. quod tamen de Epulis haud est tenendum, *Garr. de Expens. §. melior. c. 8. n. 1. & seqq. Brunn. ad d. L. 14. §. 6. n. 15.* Idcirco justa ex ratione ab im-

ab impensis nostris remouentur convivia *Hahn. ad. Wesenb. d. t. n.*
6. Eckolt. eod. tit. §. 2. n. 2. cum longe melius esset, ut bona defun-
ctorum relicta, vel pauperibus distribuantur, vel liberis aut con-
sanguineis reseruentur, quam sic, ut saepe fieri solet, devoren-
tur *Finckelth. in tr. d. Jure sepult. concl. 63.* Tradit tamen *Garzias*
cit. loc. n. 18. ex consuetudine quorundam locorum, hosce sumptus
ad dignitatem defuncti nec non honestatem comitantium esse ad-
mittendos, in tantum ut reliquo aeri alieno quoque praerantur. *Ber-*
lich. p. 1. Concl. 64. n. 6. Richter d. pralat. Creditor. disp. 4. memb.
4. §. 3. conf. Mag. D. Stryck. Jctus consumatissimus, antehac
Præceptor omni cum observantia colendus, in prælect. ad B. Brun-
nem. Process. de Concursu Credit. cap. 5. §. 14. verb. Convivium.
Hoc autem casu minime est statuendum, quod in Epulis hisce Ex-
pensæ nullum habeant finem, immodicus namque luxus in gene-
re damnatur, & currit contra sanam rationem ut Ebrietas & latti-
tæ sint in Luctu: qui ergo super mortuos luxuriose bibunt, epula-
que cadaveribus exhibent, super sepultos se ipsos sepeliunt, in-
quiente Augustino de *Moribus Ecclesie Cathol. c. 24. Brunnem.*
ad d. L. 14. n. 9. Itaque qui obæratum sepulturæ tradit, tutius for-
te agit, convivia lugubria aut plane omittere, aut saltem eadem
judicis arbitrio relinquere, teste *DN. Joh. Christoph. Falcknee*
de jure Conviviorum cap. 5. §. 2. in fin.

§. V. Restant adhuc impensæ, in curatione ægro-^{ii. expensæ cu-}
ti factæ, uti sunt soltra Medicorum, Salaria Chirurgorum, cre-^{rationis æ-}
dita Pharmacopolarum, quas de *J. S.* inter cæteras connumera-^{groti.}
mus funerum impensas, modo hæ debitorem ipsum *Berl. p. 1. concl.*
64. n. 96. Carpz. p. 1. c. 28. def. 43. non autem curationem uxoris ac
liberorum respiciunt *Ord. Proces. Sax. tit. 43. §. Ferner soll ic. ibi.*
Seiner Kranckheit / quod ad reliquas res in curatione defuncti
necessarias quoq; est extendendum. Verum si ægrotus ex hisce me-
dicamentis pristinam sanitatem obtinuerit, non pro sumptibus fu-
nerum habentur, nec quodam privilegio gaudent *Ordin. Proc.*
d. 1. Restringendum itaque hoc est ad curam eo in morbo adhibi-
tam, quo decessit ægrotus *arg. l. 4. C. de pet. hered. ibi. in mortui*
infirmi l. 3. C. de Relig. ibi. Morbum ejus defuncti B. Philipp.
ad d. Ordin. Saxon. conf. 3. quamvis hoc ipsum subtilitatem juris
nimium sapere videatur, Viceversa Pharmaca ad condendos ci-
bos.

bos in culina necessaria *Joh. Peuther. de priv. Credit. p. 1. c. 26. Carpz. p. 1. c. 28. def. 42.* nec non Medicamenta mala fide & abundanter consumpta huc non veniunt. *Ordin. judic. Magdeburg. c. 50. memb. 1. §.* Hierzu gehöret *ibi.* Dabey gleichwohl Auffricht zu haben/das/was zu Küchen oder unnöthigen Deliciis spendiret, den Nahmen der Arzney/ *ic.* nicht durchlauffen. *Carpz. d. 1. Def. 46. Martini ad Proces. Saxon. Tit. 42. §. 6. n. 18.* Aliter de salariis, quæ fœminis pro observandis ægrotis nec non mortuis in certo loco donec illi sepulturæ tradantur, custodiendis promittuntur & honorariis Pastoribus pro consolatione ægrotorum exsolvi solitis, vor Wärtern auch Wächtern und Besuchung der Pfarrherrn est dicendum, hæc enim partim ad defuncti causam spectant, partim vero ob favorem salutis & sanitatis inter sumptus funerum connumerantur *Cujac. lib. 2. obs. 17.* quemadmodum quoque mense Januario 1647. laudatissima Facultas Juridica Lipsiensis pronunciavit.

*Quid si cura-
tio invito æ-
grota est fa-
cta.*

§. VI. Ultimo notandum quod hi sumptus, qui pro talibus habentur, privilegium suum obtineant, etiamsi invito & prohibente ægroto fuerint facti *Surd, Dec. 255. n. 21.* quia ægri non possunt hisce privilegiis renunciare, quæ concernunt hominû salutem, cum Reipublicæ quam maxime intersit, conservare homines *arg. §. 2. Inst. de his qui sunt sui & alieni jur.* nec quisquam membrorum suorum sit Dominus *l. 13. ff. ad leg. Aquil.* præterea nil refert, an illa curatio ægroto profuerit nec ne, quia sufficit intentio Medici *arg. l. 9. §. 2. ff. de autor. jud. poss. cui mortalitatis eventus non est impu- tandus l. 6. §. 7. ff. de off. præf. l. 10. §. 1. in f. de N. gest. c. 7. extra de etate Schultz. ad rit. Inst. de l. Aquil. lit. E.* nisi a cura Medicus destitisset, nec patientem ad finem usque observasset; quo enim casu petendi facultatem Medicus amittit & insuper poenam incurrit *arg. §. 6. Inst. de L. Aquil. Corhm. vol. 3. resp. 51. n. 24.* Secus est, si ægrotus ipsius consilio & medicamentis uti noluit, quia nemini alterius potest obtrudi consilium. *arg. §. 6. Inst. de Mandat.*

CAP. IV.

DE MODO ER OGANDI FUNERIS EXPENSAS,

§. I.

*Modus Impen-
sarum a* **M**odus Impensarum est *vel a lege, l. ab homine præfinitus: A lege seu moribus alius modus dignis, alius indignis præ-*

præscribitur. Digni accipiunt honestam sepulturam eum eroga- lege præscri-
 tione expensarum secundum qualitatem meritorum & dignitatem bitur. Dignis
 personarum. l. 5. §. 1. de petit. hered. l. 12. §. 5. ff. de Relig. & sumt. honesta sepul-
 tura. quæ tamen semper arbitrio judicis & æstimatione dignitatum
 divitiarumque est dirigenda. l. 50. §. 1. l. 12. §. pen. ff. de Relig. l.
 14. §. 6. eod. cujus verba adscribere non supersedeo: *Æquum*
autem accipitur ex dignitate ejus, qui funeratus est, ex causa, ex
tempore, & ex b. f. ut neque plus imputetur sumptus nomine, quam
factum est: neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est,
deberet enim haberi ratio facultatum ejus, in quem factum est: &
ipsius rei, qua ultra modum sine causa consumitur: Quid ergo, si
ex voluntate testatoris impensum est? sciendum est, nec voluntatem
sequendam, si res egrediatur justam sumptus rationem, pro modo
autem facultatum sumptum fieri. conf. Franz. ad h. t. n. 22. & ita
 majores sumptus in funere Nobilioris, & tenuiores sumptus in
 vilioris sortis hominis sepultura sunt faciendi, dict. text. & l. 14.
 §. 6. & 10. eod. & quidem cum pompa aliqua, quam accipi-
 unt cujuscunque sexus atque ætatis cadavera. *Ordin. Eccles. Sax. art.*
15. §. Alle Todten sollen ehrlich / ic. & §. Nachdem sich / ic.
 modo mortui, pie sint denati. *can. quid. c. 13. qv. 2. Carpx. in Consist.*
Def. 382. n. 2. & 4. nec interest, an sint majoris, sive minoris æta-
 tis, etiam infantes non baptizati. Quod quoque ad hostes *Grot. de*
jure B. & P. l. 2. c. 19. §. 13. (modo non sint publici d. l.) peregri-
 nos, ignotos & milites *Liv. lib. 3. c. 34. ut & casu fortuito extin-*
 ctos *Carpx. l. 2. Def. 381. nec non cadavera humana in publico re-*
 perta. *Sächs. Landr. lib. 3. Art. ibi: Wird jemand gemordet*
auf dem Felde / und man da nicht weiß / wer es gethan / Finkeltb.
de jure Sepult. Concl. 10. furiosos & mente captos, licet semetipfos
 interfecerint, temperatis tamen in istis quodammodo ceremoniis
 extenditur. *Carpx. d. l. Def. 377. seqv. non vero monstrosa, si scil.*
 erratum sit extra speciem humani generis, hoc ipso enim pro ho-
 minibus non habentur, nec eorum exuvie sunt humanæ, ut nunc
 humani generis religionem accipiant, *Gædd. ad l. 38. de V. S.*
Ord. Eccles. d. l. 27. pr. ff. de condit. Inst. Beier. ad tit. de Cadav.
punit. c. 3. n. 68.

§. II. Haftenus de honesta funeratione; Sequitur de indignis vero
 inhonestam sepulturam & sine Pompa accipiunt de inhonesta de-
 Jure beator.

Jure Canonico hæretici c. 3. § 10. X. de sepult. non de Jure civili l. 9. C. de heret. ibique Gothofredi lit. L. vid. Ungepauer ad d. tit. de sepult. n. 3. quibus tamen Catholicæ & Calvinianæ Religioni addictos aut falsæ religionis suspectos, sed haud convictos simpliciter non æquiparamus. Carpz. libr. 2. Def. 383. conf. Lauterb. ad tit. de Relig. & sumpt. p. 159. (2.) In torneamentis illicitis extincti c. 1. de Torneam. (3.) Excommunicati, c. 12. extra de sepult. c. 2. de heretic. in 6to. c. 8. de privileg. in 6to. & blasphemantes. cap. 3. extra, de maled. & verbi divini & sacramenti Contempt. Carpz. lib. 2. Def. 382. (4.) Usurarii manifesti. c. 3. extra de usur. in 6to. nisi in Testamento restitutionem usurarum jusserint. vid. Ziegl. de eo, quod just. est. circa mort. th. 27. (5.) Ebriosi & in ebrietate mortui. Bechm. ad tit. ff. de mort. inferend. n. 18. (6.) In duello illicito absque pœnitentia occisi. Perez. ad tit. C. de Relig. vid. Ziegl. d. l. ubi plures honesta sepultura indignos recenset, qui omnes absque solennitate & ceremoniis in loco separato extra cœmiterium, vel intra illud ad parietes in angulo quodam inferuntur. conf. Schilt. in Instit. Jur. Can. lib. 2. tit. 14. §. 1. in tantum, ut licet heres defuncti grandem pecuniæ summam Ecclesiæ velit solvere honorarii loco, vix tamen honesta sepultura efferendi sunt. Bechm. in Comment. ff. de mort. infer. n. 2. Quibus accedunt Propricidæ, qui ob malam conscientiam violentas sibi intulerunt manus, vel de crimine aliquo confessi & convicti sunt, hi enim a Carnifice extrahuntur, & feretro, vulgo den Schindler-Karn/ impositi, asinina sive canina sepultura afficiuntur. Carpz. l. 2. Def. 376. Prax. Crim. qv. 2. n. 25. Lauterb. ad tit. de Relig. & sumpt. & sub furca, vel etiam alio loco suppliciiis destinato a carnifice sepeliuntur. Schulz. in Synops. Inst. tit. de rer. Divis. Schlit. d. l. §. 1. lit. F. quicquid ergo hujus intuitu impenditur, sumptus hi, non ad propricidæ heredes aut ædium dominū sed ad Magistratū, qui jurisdictionem exercet, tanquam onus Jurisdictionale pertinent, prout Scab. Lips. M. Junio A. 1600. resp: So seynd weder ihr/ noch der Barbierer/ so bey euch eingemiethet/ dem Scharfrichter von Dresden/ welcher den todten Körper aus eurem Hause geschaffet/ und an gebührenden Orth das Hencker-Geld zu entrichten pflichtig/ sondern der Rath zu Meissen/ als dem die Gerichte zuständig/ ist alles zu geben schuldig. B. N. W. vid. Diss. Adami Beier.

Propricida

Beier. de Expens. Execut. crim. vulgo vom Hencker = Gelde. c. 3. th. 13. Et carnifex nihil præterea, quam quod a Magistratu jamjam jure impetravit ab heredibus exigere valebit: neque Carnifici competit illud jus, quo ea, quæ circa Cadaver Propriidæ, infra, sursum & deorsum in circumferentia gladio attingere potest sibi arroget. *Richt. de jure & privileg. Credit lib. 5. c. 10. n. 37. conf. Magnif. D. Stryk. in tr. de Jure sens. Dissert. 7. c. 4. num. 39. seqv.* illa enim consuetudo, quam carnifices de horum acquisitione sibi vindicant, pro non satis concludenti a *D. Eckolt. ad tit. ff. de LL. §. 22. n. 2.* habetur. Nam si bonorum jactura in hoc casu sit statuenda, certe non carnifici, sed Magistratui eadem fuisset adjudicanda, *Magnif. D. Stryk. d. l.* nisi forte contrarium consuetudine inveterata sit introductum, & a Carnifice hæctenus probatum *B. Philipp. lib. 4. Eccl. 86. n. 9.* quemadmodum & de reliquis impensis, quæ ex consuetudinibus & statutis locorum modo heredibus, modo Magistratui applicantur, est dicendum.

§. IV. Modum Impensarum a consuetudine sive lege proscriptum satis, ut opinor, examinavi, sequuntur impensæ ex voluntate hominum erogatæ. Atque ita erogatæ sunt *vel ab Homi- vel* opinione heredis aut alterius, *vel ex voluntate defuncti. ne* Heres s. alius, qui ex officio ad erogationem impensarum *& ita vel ab* obligatus, *vid. sup.* semper præ oculis habeat modum a lege *herede & alio,* præscriptum, *neque plus neque minus* faciat. PLUS enim erogando excessum non potest repetere, nec ob id negotiorum gestorum *excelsu* actionem instituere. *l. 31. §. 4. ff. de negat. gest. Goedd. ad l. 22. de V. S. præprimis si mortuus multum æs alienum relinquit: super. Consilium* flui enim ratio habenda non est. *Brunn. ad l. 14. §. 6. ff. de Relig. Franz. ad dict. tit. n. 11.* Qui ergo curam funeris obærat in se suscipere velit, tuto aget, quando expensas, quas putat necessarias, primum consignat, hanc consignationem postea ad judicem mittit, & ab ipso prius moderationem petit. *l. 14. §. 6. ff. de Relig. D. Struv. Exercit. 15. th. 88. Brunn. ad Wesenb. tit. ff. de Relig. q. 13. Magnif. D. Stryk. in Manuscr. ad Brunn. Proc. de Concurf. cred. c. 5. §. 14.* Similiter qui minus & contumeliæ causa, in contemptum hominis defuncti locupletis & honorati modicos sumptus fecerit, plane nihil, nec illud, quod erogavit, repetere potest, *l. 14. §. 10. ff. de Relig. & sumpt. fun. Eckolt. ad tit. ff. de l.*

§. 2.

exceptio

§. 2. n. 2. aliud tamen est, si quis sola pietate motus, alienum corpus humari curaverit, nec habuit de suo, unde majorem pecuniae quantitatem subministraret, nam hoc casu non praesumitur animus contumeliam inferendi, *Brunn. ad d. l. 14. §. 15.*

vel a Defun-

cto, qui aut

obseratus est,

aut non est,

Sit a modum

a Lege vel ob-

servat.

Questio de
Superfluo.

§. V. Proxima linea tangit Voluntatem defuncti, & sic vel obseratus mandat, vel lucuples, ILLE ultra modum a lege praescriptum, mandare non potest, & licet hocce faciat, tamen ejus voluntatem nemo adimplere obstringitur, & ita erogans repetendi facultatem quoad excessum amittit. *l. 14. §. 6. de Relig. HIC, AUT* modum usitatum in sepeliendo observat, AUT vanam gloriam ob id quaerit. Priori casu voluntas ejus merito pro lege habetur, & ab ea heres recedere nequit. *N. 22. c. 2. L. 7. C. d. test. Manu-* miss. aequitati enim nihil magis est consentaneum, quam ut ultima morientium elogia serventur. *l. 1. C. de SS. Eccles.* quare etiam quoad modicum excessum voluntas ejusdem est observanda, in tantum, ut contra faciens legatum propterea relictum amittat, *vid. supra.* modo liberi ob id legitima non priventur. *arg.*

L. 23. C. d. in offic. donat. Hujus occasione notabiliter quaeritur: Quid si Testator certam aliquam pecuniae summam ex equis suis destinaverit, illisque curandis certam personam selegerit, postea curator funeris honeste quidem, sed ita curat funus, ut destinata summa pecuniae non integre absumatur, cui nunc residuum cedat, an funeris Curatori, an heredi? controversatur, & responsum fuit a Jcto Scævola in *l. 88. §. 1. ff. de legat. 2.* hisce verbis: *Te peto Titi fideique tuae committo, uti curam condendi corporis mei suscipias, & pro hoc tot aureos e medio precipito, quaero an, si Lucius Titius minus quam decem aureos erogaverit, reliqua summa heredibus proficiat; & respondi; secundum ea, quae praeponerentur heredum commodo proficere &c.* quod ergo reliquum est, & hoc in casu redundat, heredi est restituendum: Quemadmodum Scabini Lips. M. Sept. 1665. ad Consultationem C. S. respond: *Die weil aber dennoch im Rechten versehen/das! wenn ein Testator eine gewisse Summa Geldes in sein Begräbnis verordnet / dieselbe ganz darzu verwendet werden soll / also daß wenn solches nicht geschicht / derjenige / so das Geld empfangen / und welchen die Leichen-Bestattung auffgetragen / den Überrest denen Erben wieder heraus zu geben verbunden. B. N. B. conf. D. Heinz. de Act. fun. c. 4. §. 7. p. 17. Posteriori casu si in se-* peli-

pehendo contra consuetudinem & mores defunctus modum præ-
seripserit, hanc voluntatē heres impune negligere potest. *l. 113. §.*
s. ff. de legat. 1. l. f. §. fin. de auro & arg. quia nemo in suo testamen-
to libertatem habet, ut vim legum rumpat, aut contra bonos mores
aliquid statuatur sive jubeatur, *arg. l. 55. ff. de Legat. 1. l. 15. de Condit. in-*
stitut. quare heres non vituperatur, sed potius laudatur, quando
præposteram & ineptam hominis voluntatem posthabet, *l. 27. de*
Condit. & demonstrat. cum hoc potius dolori animi perturbati,
quam rectæ voluntati sit adscribendum, neque jussa ex animi
sententia processisse credendum *Finckelth. de jur. sep. Concl. 31.*
Recte itaque Octavius Augustus negligi voluit præceptum Virgilia, *Exempla*
qui Æneidam suam doctam illam & laboriosam concremari mori-
ens jusserat, nam hicce interitus libris improbatæ lectionis, ut ma-
gicis, unice accommodatur. *l. 4. §. 1. ff. famil. Ercif. Eckolt. ad*
eund. tit. §. 5. Hinc facile apparet, quid de hac voluntate sit
sentiendum, ubi Ludovicus Cortusius, Jctus Patavinus,
in suo Testamento interdixit propinquis suis lacrymas, & solitas
funerum lamentationes, & quæcunque lugubria ad mœstitiam
solent parari, abesse prorsus voluit; addita etiam ex Legato gravi
multatione heredi, si id facere neglexisset. Contra vero pro his
acciri jus sit Musicos, Citharædos & tibicines omnis generis, qui
vario concentu una cum clero funeris pompam partim præirent,
partim sequerentur usque ad quinquaginta, quibus singulis mer-
cedem dimidii aurei nummi dandam statuit; Et quod XII. puellæ
innuptæ, amictæ viridibus pannis feretro subirent, usque ad tem-
plum, ubi se sepeliendum mandaverat, quæ omnes pariter de mo-
re lætantium, quæcunque tandem vellent, modulantes alta voce
concinerent, relicta singulis certa pecuniæ quantitate dotis causa;
Id etiam cavet, ne Eremitani funeri suo ullo pacto interessent, ne
sua fortassis illa nimia cuculorum nigredine hilaritatem exequia-
rum aliquo modo funestarent, *vid. Cam. in Hor. Succes. Cent. l. c.*
12. qui tamen casus, tam inepti voti non aliam merebitur decisio-
nem, quam quod *ex l. 113. §. fin. ff. de Legat. 1. improbetur. Finckel.*
d. l. in fin. Idem est dicendum, si in testamento quis posuerit, ut
sepeliretur cantando, Te DEUM laudamus, quia in sepeliendo
talis ritus Ecclesiæ non est, neque cuicunque Ecclesiæ consuetudi-
nem immutare permittitur. *Asinius ad l. 14. §. 6. ff. de Relig. &*
sumpt.

D

sumpt.

sumpt. probe tamen mores locorum & Religionis sunt observandi, contra quos laborare & anniti velle contra stimulum est calcitrare, arg. L. 32. §. 1. ff. de LL. L. 2. C. q. sit long. consy.

CAP. V.

DE ACTIONE FUNERARIA ET PRIVILEGIIS SUMPTUUM.

§. I.

Festinat nunc animus ad Instituti nostri remedium, quo ea, quæ funeris causa facta sunt, iterum repetuntur: Qui enim sumptus in funus aliquod, cujus cura ad eum non pertinet, fecit, ut ille actione quadam instruat, æquitas ipsa postulat. L. 12. §. 2. ff. de Relig. quæ Actio proprio nomine vocatur funeraria in l. 14. §. 6. 11. 13. 15. 16. l. 20. pr. §. 1. l. 21. l. 27. §. 1. 2. l. 31. §. 1. l. 32. pr. ff. de Relig.

Actio fune-
raria

quid?

§. II. Est autem actio funeraria, actio civilis, personalis, bonæ fidei, perpetua, subsidiaria, privilegiata; quæ datur ei, qui funeris causa sumptus fecit, adversus eum, ad quem funus pertinet, ad hoc, ut quicquid utiliter erogatum est, restituatur. Dn. D. Heintz. in Diss. de act. funer. cap. 1. §. 2.

Explicatio
definitionis

§. III. Dicitur actio Civilis, non Prætoria, quia est species negotiorum gestionis, l. 14. §. 9. §. 11. §. 3. ff. de Relig. & sumpt. fun. quæ inter civiles connumeratur, l. 8. C. de N. G. nec obstat l. 12. §. 2. ff. de Relig. vid. Mangnis. Dn. Schyvendendorff. ad Eckolt. det. §. 2. p. 336. Personalis, descendit enim ex Obligatione, quæ fontem trahit ex quasi Contractu, qui inter funerantem & defunctum intercessisse fingitur, l. 1. ff. de Relig. funus namque & ejus expensæ plerumque fiunt ante hereditatem aditam. l. 4. ff. eod. quare heredis negotium gestum haud videtur, quippe qui ante aditionem non est. Finckelt. de J. Sep. concl. 67. lit. B. nisi sit suus heres, qui, quando hereditate non abstinuit, ipso jure existit. §. 3. J. de hered. quæ ab Intest. §. 2. J. de hered. qual. & diff. Dn. Kurrer. in Diss. de act. fun. th. 7. p. 9. vid. clarus B. Heintz. d. Diss. c. 1. §. 4. §. 6. 7. Bonæ fidei, quia accedit ad negotiorum gestionem, d. l. 14. §. 6. & 13. quæ bonæ. dicitur in §. 28. J. de Action. Perpetua l. 31.

*l. 31. §. fin. de Relig. & sumpt. fun. cum sit rei persecutoria. arg. pr. de perpet. & temporal. act. & ita heredi & contra heredem datur, d. l. 31. §. 1. Subsidiaria, quoniam cessat toties, quoties aliam habemus actionem juxta l. 14. §. 12. 15. ff. de Relig. & sumpt. funer. unde hæc actio non datur illi, qui mandato heredis funeravit, habet enim tum locum actio mandati, d. l. 14. §. 15. in fin. si autem ante aditam hereditatem futuri heredis gratia sine mandato quis funeraverit, competit funeranti adhuc funeraria, licet heres gestionem non rati habuerit l. 14. §. 16. d. t. post additionem vero hereditatis eroganti negotiorum gestorum actionem concedit. *Asin. ad l. 14. §. 12. ff. de Relig.* sed adita hereditate, si coheres vel solus, vel ultra ratam portionis suæ sumptus in funus Testatoris fecerit, ille non hoc, sed familiæ heriscundæ judicio hosce a coherede repetit. l. 14. §. 12. ff. d. l. nisi forte heres familiæ heriscundæ actione jamjam egerit, de sumptibus tamen nihil petierit, tunc enim, cum eam reiterare non liceat, l. 20. §. 4. ff. famil. ercisc. ad funerariam adhuc patebit accessus, ad consequendum illud, quod nondum accepit, l. 14. §. 12. de Relig. *Dn. Kurrer. cit. l. th. 22. inf. p. 22.* Dicitur denique Privilegiata. l. 40. §. 2. ff. de Relig. quia impensa funeris omne creditum præcedit. l. 45. l. 19. ff. eod. l. 1. §. fin. ff. ad l. Falc. l. 17. pr. ff. de Rebus aut jud. poss. de quo infra.*

§. IV. Competit hæc actio Eroganti, qui in funus alienum *datur Erog.* animo repetendi sumptus fecit, nec illos illa actione repetere potest. l. 14. §. 7. ff. de Relig. *Franzk. ad eund. tit. n. 27.* modo non pietatis, misericordiæ, aut summæ affectionis gratia erogaverit. d. §. 7. ergo expendentem protestari oportet, quo animo *qui protesta-* expendat, *Brunn. ad d. l. 14. §. 21.* nam licet omnes hæc expensæ *tus fuit* ex pietate fluxisse videantur, d. §. 7. probe tamen videndum, an ex pietate cum animo repetendi, an non repetendi eadem suppetentur. *Dn. Struvius Exercit. 15. th. 86. Brunn. d. l.* Protestatio vero non semper requiritur expressa, tacita enim sufficit, præpripriis in extraneo ex libera voluntate funerante; & quamvis ille ab initio non protestatus fuerit, animus tamen donandi exinde haud colligitur. *Vide omnino Dn. Kurrern in Disp. de actione funer. th. 8 p. 10.* qui insimul ad §. 7. d. l. 14. elegantissime respondet. Rationem qui expectat, habet in promptu talem, quod in dubio

animus repetendi statuatur. *arg. l. 25. pr. ff. de probat.* secus est in filio Patrem suum funerante. *Brunn. ad l. 3. C. de Relig. n. fin.* quod quidem unice procedit in casu, ubi filius fuit exheres & ab herede instituto funerare prohibitus, non tamen obstante prohibitione, patrem funeravit, adeoque nisi in contrarium fuerit expresse protestatus, eosdem repetere nequit. *l. 14. §. 13. ff. de Relig. & sumpt. fun.* Idem dicendum est de filio ob paternum æs alienum adhuc dubio, an hereditati se immiscere velit, patrem, prævia expressa protestatione, se pietatis gratia id non fecisse, funerante; quæ protestatio, ut non solum erogationem repetere, sed ab immixtione se liberare possit, efficit, *d. l. 14. §. 8. ff. de Relig.* Extra hos casus, licet expressam non emiserit protestationem, nihilominus tamen repetitionem sumptuum habebit, tum, quod in dubio donatio non credatur. *l. 25. ff. de probat.* tum, quod quemlibet de suo funerare expediat. *l. 14. §. 13. ff. d. t.* & nemini officium debeat esse damnosum. *l. 7. ff. test. quemad. aper.* præprimis si lucrum tertii, puta heredis instituti, vel extranei concurrat. *arg. l. 14. ff. de Condict. Indeb. & d. l. 14. §. 15.* quod cum ad privignos, fratres, Consanguineos atque affines æque extendi liceat, ita in iisdem funerantibus, repetitionem expensarum concedimus. *arg. d. l. 3. l. 11. ubi Brunn. de N. G.* quæ tamen assertio limitatur, si expensarum modicitas, vel funeris opulentia & funerati egestas iudicis cujusdam arbitrio diversum svadeat. *l. 14. §. 7. ff. d. t. Kurrer d. l. th. 21. p. 20.* Verum de jure Saxonico nemo recuperat impensas, nisi qui eas consensu heredis fecerit. *Landrecht lib. 2. art. 22.* quod tamen hodie in Praxi vix observatur, teste *Carpzovio P. 1. C. 28. d. 4. n. 3.* quamvis forte tutius agat erogans, si super repetitione expresse protestetur. *Matth. Coler. p. 1. dec. 199. n. 4.*

*Contra eum,
ad quem funus spectat.*

§. V. Dictum est de personis, quibus actio funeraria competit, ordinis ratione ad eos, contra quos eadem movenda est, transeo; ubi in genere dicendum, quod actio funeraria contra istos, ad quos funus pertinet, competat *l. 12. §. 2. l. 14. §. 17. ff. de Relig. & sumpt. funer.* Pertinet autem funus ad aliquem, vel propter jussum Testatoris, ut Curatorem, qui sumptus propterea accepit, *l. 12. §. 4. d. t.* vel propter Successionem in patrimonio defuncti, uti sunt heredes, *l. 12. §. 4.* vel denique propter sanguinis vinculum aliamque arctam necessitatem, qui alias obstri-

obstricti sunt vivis alimenta suppeditare, d. l. 12. §. 4. B. Heiny. in
Disp. de Actione fun. c. 3. p. 11. de quibus personis, in capite tertio
supra expressius diximus.

§. VI. Datur vero hæc actio ad id, quod funeris cau. *ad hoc, quod*
sa erogatum est, l. 14. §. 3. 4. l. 37. ff. de relig. & sumpt. funerum. *funeris causa*
quemadmodum ex formula libelli in foro usitatissima nunc appa- *erogatum est.*
rebit: P. P. Kläger sagt zu Anbringung seiner Klage kürlich/
welcher gestalt Cajus nach ausgestandener langwieriger Kranck-
heit d. 12. Febr. jezt lauffenden Jahres/Todes verfahren/ und Se-
jam seine leibliche Mutter zu seinem universal - Erben nach sich
verlassen. Ob nun wohl Kläger dem Verstorbenen mit nichts
verwandt/so hat er dennoch in Ansehung/das Beklagte verreisset
gewesen/sich des Verstorbenen in seiner Kranckheit angenom-
men/und nach dessen Tode die Leichen-Bestattung ausgerichtet.
Wann dann nun Kläger d. h. als an dienlichen und nothdürfftig-
gen Medicamentis, honorariis des Medici, Grabstätte/ Leichen-
Predigt/ Trauerkleider/ und andern dergleichen nothwendigen
Ausgaben/ laut bengelegter Specification, auf 200. Rthl. aufge-
wendet/auch bis her in Hoffnung gestanden/es werde Beklagte/
als des Verstorbenen leibliche Mutter und nechste Erbin / gar
willig alles hinwiederumb erstatten; So hat doch Kläger/des
gütlichen Erinnerns ungeacht / nichts erlangen können. Dan-
nenhero er zu Anstellung dieser Klage genöthiget wird. Fordert
demnach von Beklagter allenthalben deutliche Antwort / und
wenn solches geschehen/bittet er/in Rechten zu erkennen und aus-
zusprechen / das Beklagte die Libellirten 200. Reichsthaler
Begräbnis- und andere Unkosten mit dem Interesse moræ, und
allen verursachten Schaden und Unkosten Klägern zu erstatten
schuldig. Desuper N. O. I. implorando.

§. VII. In hac actione potissimum probari debet 1. realis sum- *quid proban-*
ptuum funebrium erogatio. 2. reum esse talem, ad quem causa *dum in hac*
funeris pertinet. 3. Actorem fecisse sumptus animo repetendi. *actione.*
Quod prius attinet, sicut in aliis Juris articulis, ita & in hac probati-
one testes & instrumenta admittuntur t. t. ff. de Test. & fid. inst. quando
autem eadem deficiunt, funerantem privatam specificationē, ad quod

unum quodque sit impensum, edidisse sufficit. *Mer. p. 2. D. 220. 223.* & si exiguae & probabiles sunt, conjecturam verisimilem arbitrio boni viri committendam, pro scribente, faciunt, ut juramento suppletorio admittatur. *arg. l. 3. C. de reb. credit. cap. fin. extra de jurejur. Berlich. p. 1. C. 64. n. 92. § n. 102. & seqq. Carpz. p. 1. const. 28. Def. 46.* & hoc propter religionem funeris, in qua fides exsuperat *l. 14. §. 6. ff. ibi. ex bono & equo ff. de Relig.* Et sic juramentum vel ex officio a iudice. *l. 3. C. de reb. credit. & l. 31. ff. de jurej. Const. August. 23. p. 1.* vel ad instantiam partis adjudicatur, peti enim hoc juramentum suppletorium posse nullibi est prohibitum, *ord. Process. Sax. tit. 30. & d. C. 23. Finckelth. de j. Sep. concl. 72.* Secundum potest colligi *ex capite secundo*, quod demonstrat, quænam personæ ad funerationem adigantur. Verum si de Consanguinitate dubium aliquod emergit, hoc circumstantiis, imo & testibus de auditu docere conceditur *cap. 47. extra de test. can. 5. caus. 35. qu. 61.* Tertium denique ex Conjecturis & protestationibus intercedentibus probatur. *l. 14. §. 7. 8. 9. 13. ff. de Relig. Carpz. p. 1. C. 28. Def. 40.* Potest tamen quandoque erogans partem saltem repetere, quando protestatus fuit, partem sumptuum impendere animo repetendi, alteram partem animo donandi, quemadm. n. pecunia erogata est dividua, ita quoque jure admittit separationem *l. 14. §. 9. ibique Dn. Brunn. n. 24.* Hisce itaque omnibus bene probatis neque contraria probatione exclusis, reus heres ad expensarum funerum restitutionem una cum usuris condemnatur, *arg. l. 19. §. 4. ff. l. 18. C. de N. G.*

§ coram quo iudice est institueda.

§. VIII. Coram quo iudice hæc actio ventilari queat non adeo expeditum est. Et quoniam sumptus funerum religiosi haud sunt, nec ex re Ecclesiastica, sed quasi ex contractu vel cum ipso defuncto *l. 1. ff. d. t. vel cum herede inito debentur l. 14. §. 16. ff. d. t.* ita non in consistoriis, sed coram iudice seculari competente instituenda venit, qui iudex consideratur *vel ex foro defuncti, ubi corpus humatum est, arg. l. 1. l. 19. ff. de jud. Vel ex foro domicilii ipsius heredis, cum unusquisque in foro suo recte conveniatur, l. 2. C. ubi Senat. l. 2. C. de Jurisd. Lauterb. in Compend. Tit. ff. de Relig. in f.*

Privilegium sequitur.

§. IX. Superfunt adhuc privilegia de impensis funeris competentia, inter quæ familiam ducit beneficium prælati-
onis,

onis, nam hi sumptus, & quid eorum nomine accipitur, ante debita omnia ex hereditate deducuntur, & eatenus iisdem etiam debitis, licet maxime favorabilibus *l. 18. ff. de Relig. præcedunt tam de jure civili l. 45. de Relig. quam de jure Saxonico Constit. Augusti 28. p. 1. Ordin. Process. Saxon. tit. 42. §. Ferner soll / modo de hoc jure mercedem famulorum anteponamus, d. Const. Aug. & Ord. P. Sax. tit. 42. §. Nebst diesen conf. Zobel de Differ. jur. Civil. & Saxon. p. 408. n. 19. Brunn. in Proces. Concurf. Credit. c. 5. §. 16. Sed acrior contentio adhuc emergit, an hæ impensæ etiam in hypothecam expressam vincant, de quo jure Saxonico ob prædictos textus nullam habemus dubitationem; Sed de jure civili adhuc disputatum est. Putamus tamen idem jure hoc esse sentiendum propter textum *l. 45. ff. de Relig. & l. 14. §. 1. ff. eod.* ubi dicitur, quod funeris impensæ semper deducatur, item, quod omne creditum præcedat, quæ verba, cum generaliter loquantur, generalem quoque capiunt explicationem *l. 1. §. 1. ff. de legat. præstandis & hoc propter utilitatem & favorem Religionis & publicam utilitatem l. 43. ff. de Relig. ne cadavera fœtida & putrida abjiciantur maneatque insepulta l. 12. §. 3. ff. de Relig. conf. D. Roth. de j. sep. c. 6. 168. & hanc sententiam jus Würtembergicum p. 1. tit. 75. §. Wenn der Schuldner fol. 209. Ordin. proces. Jud. super Luf. p. 1. tit. 24. class. 1. §. 4. Ordin. proces. Magdeburg. cap. 15. memb. 1. §. Ferner Jus Lubec. Ord. Jud. Lub. l. 3. art. 11. §. Also auch quoque amplectitur Dn. Martini vid. O. P. S. tit. 42. §. Ferner quod tamen de impensis necessariis, sine quibus corpus pie humari nequit, *l. 1. §. f. ff. ad L. Falcid. & Brunn. ad leg. pen. de Relig. quas judex facultatibus & dignitate defuncti arbitrat. l. 14. §. 6. §. 10. ff. de Relig. l. 12. §. 5. ff. eod. l. 50. §. 1. de hered. petit.* minime vero de fasciis & vestibus lugubribus, nec non Medicorum honorariis ac medicamentorum impensis est intelligendum, cum de jure civili hæc omnia nec sumptuum nomine veniant, uti late demonstravit Finckelth. de j. sep. concl. 62. & 64. Aliter tamen sentiunt mores nostri & jura Saxonica, ubi, si modici sint & medicamenta ultimi morbi curationem respiciant, etiam in concursibus Creditorum reliquo æri alieno præferuntur, *Ordin. Proces. Sax. tit. 42. §. Ferner soll / ibiq. Dn. D. Philippi. Consid. 3. Daniel***

in Expressis hypothecis.

Daniel Moller ad C. 18. p. 1. n. 9. quid alii non tantum de ipso debitoris funere, sed etiam Conjugis & liberorum ejo intelligunt, *Carpz. p. 1. c. 28. Def. 40.* Uti de jure civili confirmat *Mey. p. 2. D. 222. B. Lauterbach in Diff. jur. civil. & Württemberg. ad d. §. Wenn der Schuldner n. 2.* Ego in hac materia cum magnif. Dn. Stryk. Præceptore meo honoratissimo in *MSS. ad Brunn. Procef. de Concurf. Credit. c. 5. §. 14.* hanc sententiam de uxore admitto, si uxor indotata fuerit; Alias enim ex dote sepelienda est, *l. 22. ff. de Relig.* quæ tamen jura Saxonica & Württembergica non observant, ubi ad Debitoris tantum funus, non vero aliam sepulturam hoc privilegium extenditur. *Carpz. d. l. Brunn. ad l. 13. de reb. aut jud. poss. n. 1. D. Stryck. d. l.* Sed hanc prælationem minime ad sumptus

*Monu-
mentis.*

2. Retentionis

*Prælatio quo-
ad legata.*

monumentorum extendimus, nam quamvis moderati inter funebres aliquando recenseantur. *Finckelth. d. l. concl. 65.* privilegium tamen habent nullum, quia tantus religionis favor eorum non est, quantus est in reliquis; quare in Concursu Creditorum aliud præjudicium haud faciunt, *arg. C. II. extra de foro compet. d. l. c. 74.* si tamen statua vel monumentum in memoriam defuncti citra contradictionem in loco publico & licito jam est erectum, postmodum a Creditoribus distrahi & tolli nequit. *L. fin. de Priv. Credit. conf. Coldebas. de Jure prælat. Credit. class. 2. th. 53.* Similiter expensæ nostræ in Defuncti bonis hereditariis erogantibus privilegium quoque tribuunt retentionis, adeo, ut nec Scholarum vel literatorum libris parcamus, quamvis hi maxime alias sint privilegiati. *Petr. Rebuff. in privileg. Universat. 9. adf. vid. id Coldebas. Class. 2. th. 45.*

§. X. Quemadmodum autem hi sumptus funerum prælationem habent in creditis, ita de hoc privilegio minus dubitatur in legatis etiam ad pios usus relictis. *l. 24. de Relig. Covarruv. ad cap. Raynald. §. 3. extra de Teste in tantum, ut neque quarta Falcidia ante impensam funeris consideretur §. fin. Inst. ad l. falcid. ibiq. Magnif. D. Stryck. in annotat.* Licet enim stricta juris ratione testatorem obligationem, quæ post mortem demum nata est, debuisse dici nequeat, ex æquitate tamen & propter publicam utilitatem prævaluit, ut ejusmodi impensæ tali privilegio sint munitæ, & tantam æs alienum deducantur, nec non quartam Falcidiam superent.

rent. *Frantzke ad d. §. fin. Inst. de L. Falcid. Conf. Brunn. ad l. s. ff. ad L. Falcid. n. 7. Ludovell. Exercit. ad Instit. 9. thes. 8. lit. F. l. 1. ff. de Relig.*

§. XI. Restat adhuc Privilegium, quo ob impensa funerum, bona fideicommissio familiae alias gravata & alienari prohibita, distrahi queunt. *Knipschild. de Fideicom. fam. Nobil. c. 11.* & quamvis praeterea impensa, citra vel contra voluntatem alicujus facta, regulariter non repetantur. *arg. l. fin. C. de N. G. fallit tamen hoc ipsum, in erogatione sumptuum pro funere ducendo data, arg. l. 43. ff. de Relig. Surd. Dec. 255. n. vide 25. supra.* Cui addim9, quod Legatum alicui simpliciter relictum, non inducat prohibitionem, quo minus possit Legatarius repetere sumptus in cura & funere defuncti erogatos. *l. 3. C. de Religios. conf. Brunn. ad l. 14. ff. eod.*

CAP. VI.
DE CONTRARIIS.

§. I.

ET si in rerum natura, quod non ex omnibus suis constat partibus, secundum monitum *Jcti in l. 1. ff. de O. & F. & Imperatoris in l. p. C. quibus ut indig.* non dicatur perfectum; Itaque de Contrariis paucissima adhuc addere placuit. *Contraria vero* aut plane denegant erogationem impensarum, aut saltem impediunt. Denegant in sepultura luctu indigni, de quo supra *in cap. 4. §. 3.* nam in paupere sumptus non prohibentur, sed saltem quodammodo impediuntur. *Carpz libr. 2. Def. 374. vid. supra d. l.* Quod vero Repetitionem impensarum attinet, denegantur eadem, si immodicam, aut maxime exiguam in fraudem Creditorum & Contemptum denati habeant erogationem. *cap. 4. §. 4. & seqq.* aut quando pietatis gratia sunt erogatae, nec erogans protestatus fuerit, *vid. supra.*

§. II. Plura quidem de hac materia adhuc addi potuissent, *Conclusio.* sed cum tempus deficiat, hisce paucis Lect. Ben. erit contentus. Et uti cum DEO ter Opt. Max. Disputationem incepti; Ita cum illo hanc ipsam finio:

*Sint tibi summe Deus μόνος & τείας una, perennes
Grates, & laudes sint tibi summe DEUS.*

☉) (o) (☉
E

COROL-

COROLLARIA.

I.

Consuetudo potest legem tollere.

II.

Tutor, qui Confirmatione indiget, est Testamentarius, non dativus.

III.

Emphyteufis est Contractus Juris Gentium, non civilis.

IV.

Pecunia Lustrica pertinet ad peculium adventitium extraordinarium.

V.

Princeps est Solutus Legibus.

VI.

Legitimati per subsequens Matrimonium succedunt in Feudis.

VII.

Testamentorum origo est Juris Gentium.

VIII.

Thesaurus in fundo Feudali repertus, pertinet ad Vasallum.



Nur für den Lesesaal!

Leipzig, Diss., 1684

ULB Halle

3


006 774 873



WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

1684, 20^b 4-

23

ATORRE

JURIDICAM

IBUS

UM,

(4)

Kosten/

oritate

um Ordinis,

DE

ILIPPO, Lips.

D.

Phylurea

C. LXXXIV.

Görl. Luf. *S*

Æ,

RANDL.

